Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

iamuero sapientia illa de qua dictum est attingit ubiq; ppter
suam munditiam. & nihil inquinatum in eam incurrit. & seipsa manens
innouat omnia & si qua similia quae enumerare non possum. sicor
ruptibilis est nescio quid dicam. nisi ut doleam praesumptionem
humanam & mirer patientiam diuinam cum uerum de illa dictum sit.
candor est enim lucis aeternae. nec uestri ut arbitror iam dicunt
lucem patris quae quid est nisi eius substantia fuisse aliquando
sine candore a se genito sicut ista in diuinis & spiritalibus & in
corporeis & incommutabilibus credi & utcumq; intelligi possunt
audio enim uos emendasse. an forte falsum est hoc eos aliquando
dixisse quod fuerit aliquando pater sine filio tamquam fuerit
lux aeterna sine candore quem genuit. quid ergo dicimus sinatus se
filius di de patre iam pater desitum gignere. & sic distitit coepit.
si autem coepit gignere. fuit aliquando sine filio. sed nunquam
fuit sine filio quia filius eius sapientia eius est quae candor est
lucis aeternae. Ergo semp gignit pater. & semper nascitur filius.
Hic rursum tamen dum est ne putetur in puericia generatio
si non dicimus natum esse sed nasci con patere, mecum obsecro
in his angustias humanae cogitationis & linguae & pariter confu
giamus ad spm di p prophetam dicentem. generationem eius
quis enarrabit. hoc unum interim peto ut diligenter exquires
utrum alicubi diuina scriptura dediuersis substantiis dixerit
quod unum sint. Si enim non inuenitur dictum nisi de his
rebus quas constat esse unius eiusdem quae substantiae quod
opus est ut rebellemus aduersus uerum & catholicam fidem.
si autem inueneris alicubi hoc scriptum & iam de diuersis
substantiis. tunc aliud cogar inquirere unde ostendam recte
omo usion dictum patrem & filium. nam illi qui scripturas nras
aut nesciunt aut non laboriose scrutantur. & tamen filiu
eiusdem substantiae & aequalem patri credunt dicant eis